



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

TRACTAT. 79

turali potest cōprehendere, ideò mo-  
net sursum corda habere; & ideò  
statim adiungit se Angelis, hymnū  
dicens angelicū: Sanctus, Sanctus,  
&c. Qui partim verba habet ange-  
lica, scilicet, Sanctus, sanctus, &c.

Sicut patet in Isa. partim humana, Esa. 6.  
sicut patet ex Euāgelio, q̄a qui praei-  
bant & qui sequebantur, clamabāt:  
Osanna, &c. Benedictus qui venit Matt. 21.  
in nomine domini. Hic aut̄ quidam  
Missam incipere dixerunt, eò quod  
in primitiua Ecclesia Catechumeni  
solebant interesse celebrationi Mis-  
sa usq; ad Consecrationem, & tunc  
clamabat Diaconus: Catechume-  
ni exeant foras, & quia foras mitte-  
bantur, ideò Missa dicebatur.

CAP. XXVIII

**S**acerdos igitur secretum Missae Conueni-  
celebrans, representat ea, quae entia Sa-  
olim faciebat Pontifex intra san- cerdotis  
cta sanctorum, & quae CHRI- legalis in-  
trātis ad-  
stus.



sancta  
sancto-  
rū: & Eu-  
angelici  
acceden-  
tis ad se-  
cretum.  
2 Par. 3.  
Matt. 27.

stus egit, quem ita prefiguravit. U-  
de sicut templum erat diuisum  
duas partes velo interposito, pro  
autem pars appellabatur Sancta  
interior verò Sancta sanctorum  
ita & nunc in Ecclesia. Unde qui  
quid in officio Missæ agitur ante se-  
cretum, quasi in priori tabernaculo  
agitur. Quidquid verò in secreto  
agitur, representat id, quod in  
Sancta sanctorum agebatur, ubi  
erat Altare incensi, & arca testa-  
menti, & tabula super arcam, &  
per tabulam duo Cherubin muta-  
se respicientia. Intrabat autem  
solus Pontifex semel in anno habens  
nomina patrum in rationali & supra  
per humerali scripta, ferens sangui-  
nem & carbones, quos cum thymi-  
mate in thuribulo orās ponebat: de-  
inde fumus cum obumbrabat: de-  
inde aspergebat tabulam & Alta-  
re sanguine: deinde exhibat ad popu-  
lum



TRACTAT. 81

lum & lauabat vestes, nec vocabatur mundus ante vesperam. Prius tabernaculum, Ecclesia militans; posterius, Ecclesia triumphans; Pontifex, Christus; sanguis, passio Christi; carbones, charitas eius; thuribulum, caro ipsius; thus crematum super arā, orationes ipsius; vestes quae lauantur, homines qui mundantur; vespera, finis hominis: antiqua vero est, perfectio sanctificationis. Sicut ergo Pontifex olim intrabat Sancta sanctorum cum sanguine semel in anno, & Christus semel in caelum Heb. 9. per proprium sanguinem: sic Episcopus aut Sacerdos intrat cum sanguine, quando accedens ad Canonem memoriam passionis Christi tenet in mente.

CAP. XXIX.

Sunt autem septem partes in Canonem. Prima à Te igitur usque ad Quam oblationem, &c. sicut suis

Propo-  
nuntur  
hoc capi-  
te septi-  
mo Ca-